

QDR/169.  
14

X 197 6154

I. N. 7.

DISPUTATIO JURIDICA;

# DECISIONEM

## ELECTORAL SAXONIC.

LXVI.

QVAM

Consensu Magnifici JCtorum  
Ordinis VVitteb.

PRÆSIDE

DN. CHRISTIANO AUGUSTO  
POMPE JO, J.U.D.

Publicè defendet

JOHAN. FRIDERICUS Krauth/

A. & R.

In Auditorio JCtorum,

AD D. MART. M. DC. LXXXIII.



\*\*\*\*\*

WITTEBERGÆ.

Typis JOHANNIS SIGISMUNDI Biezenbeind.

III. 414

ДЕЯНИЯ ПОСЛАНИЯ  
МЕТОДИЯ  
САХАРОВА

IVXL

ОТВЕТЫ САХАРОВА

САХАРОВА

САХАРОВА

САХАРОВА


САХАРОВА

САХАРОВА

САХАРОВА

САХАРОВА





## I. N. D.

### S. I.

**V**eretur ante oculos ius reddenti aliisq; qvibus  
datum est negotium, ut publicè applicent Le: es  
negotiiis civilibus, & subordinata voluntas  
agentis, & voluntes normans Superioris: neutra  
sine vicio negligitur. Factis speciem dare, circumstan-  
tiarum virtus est, qvæ ut ferme infinitæ, admodum ten-  
tant prudentis etiam ingenium: minima enim circumstan-  
tia variat in moralibus (& civilibus) materiam (a. In  
de bonam fidem non inter eos tantum, inter quos con-  
tractum est, nullo extrinsecus assumpto estimare debe-  
mus, sed respectu aliarum etiam personarum, ad quas 23. §. 1.  
id, quod geritur, pertinet, qvia totius res aquitas exo-  
minibus personis, que negotio isto continguntur, implatur  
(b. Miles, qui exercitatur in eo campo, ubi solitum  
est exercitari, transeunte servum in punc trajicit, non π. depos-  
datā operā; alio in loco idem admittens, exponit acti-  
oni Legis Aquilæ (c. Nec minor difficultas premet eum, (e. § 4. f. de  
qui indagare conatur agentis animum, negotia distin- L. Aquil.  
gventem. Non exitum tantum, voluntatem quoq; spe- L. 9. § ult.  
Etat prudens (d. Et ex re constituendum quâ intentione π. eod.  
quid factum (e. Non liberatur ab hoc labore voluntas (d. arg. L.  
Superioris sanctè observanda, cui non datum est sine du- 15. π. ad L.  
bio ponere normam, & objecta accuratè subjicere Legi Corn. de sicc.  
bus, licet mente. Non raro verba latiora voluntate. Inde (e. per L. 10.  
neq; Leges neq; Secta possunt comprehendere omnes ca π. eod.  
sus, qui quandoq; inciderint f. & vel interpretatione vel (f. L. 10. π.  
vol de LL.

A 2

vol de LL.

(g. L. 13, 20. vel certè Jurisdictione aut supplementur / g. aut alio inter-  
eod. pretandi genere applicantur, secundum publica præ-  
(h. L. 52. §. cepta & artem boni & æqui. Summatim habet hæc Al-  
2, 20. ad L. fenus / b. in causa jus positum est. Causa negotium civile  
et quilibet. notat / s. quod non est, nisi per circumstantias & animum  
f. §. 8 J. de agentis privati. Jus sive sumas pro constitente sive  
adopt. L. 7. pro constituto, respicit Superioris voluntatem. Positum  
§. 2, 20. de verò M. D. Nicolai in Proc. c. 2. n. 11, exponit: oritur, hoc  
part. sensu: facto, de quo constat, jus in genere scriptum, ac-  
commodatur in specie.

### §. II.

(k. arg. f. Animus declaratur vel verbis vel factis. Verbis  
29. J. de frequentius communicantur in vita civili conceptus, &  
Legat. clarius exponuntur mens sociis, quam factis (k. Non quod  
(l. conf. H. verba hæc naturali necessitate significarent, potius arbit-  
Grot. de J. trio hominum, consensu tacito illam acceperunt vim: ex  
B & P. 12. quo oritur nexus signi cum re significata moralis & civi-  
t. 16, §. 1. lis, licet non Physicus. Signa itaq; sine dñm generum,  
(m. L. 32. verba & conjecture aliae (l. Quas species signorum iusti-  
§. 1. 20. de viles agnoscit, sive quæras de Majestatis voluntate, sive  
LL. (n. S. ult. J. privati. Nam cum ipse Leges nullâ aliâ ex causâ nos te-  
de hered. neant, quam quod judicio populi receptæ sunt: merito  
qual. & dif. & ea quæ sine ullo scripto populus probavit, tenebunt o-  
fir. L. 1. §. 3. mnes: nam quid interest, suffragio populus voluntatem  
w. de part. suam declarat, an rebus ipsis & factis (m. Hereditatem sa-  
(o. §. 7 J. de nè heres extraneus acquirit, aut pro herede gerendo aut  
de U. O. L. nudâ voluntate &c. & quo modo voluntatem suam  
2. §. 5. π. de declarat, vel re vel verbo de adeunda hereditate (n. Fa-  
V. O. ctum civiliter accipio, ut & non factum contineat: quod  
(p. D. non adeo insolitum in jure nostro (o. Inde nata distinctio  
Struv. S. J. in consensum expressum & tacitum (p. (b) etiam si nonque

### C. Ex VI.

ib 34.

(q. L. 2. 20.  
ds part.

### §. III.

Quæ divisione non videtur adæquata. Neq; robur ac-  
cipit ex divisione pactorum, (q. neq; ex divisione con-  
tractuum

etum in contractum & quasi contractum. Nam L. 2.  
cit. Labeo ait, convenire posse vel re vel verbis scriptis  
verb. per epistolam vel verbis ore editis vel per nuncium  
additur: sed etiam tacite consensu convenire intelligitur.  
Itaq; conventio sit vel re vel verbis vel tacite. Dionys.  
Go hofred hic notavit esse verba ex re vel explicanda ex  
L. 17. π de pact. vel esse legendum per se id est praesentes (r. in præ-  
Æmil. Ferrett. (r. explicat re in re ipsa & coram. Salvâ lect. in Tit.  
auctoritate tam Clariss. Vitor: puto sensum, quem affe- w. de pact.  
runt. ex verbis ibi positis in L. 2. cit. non posse extorque- ad L. 2. ib.  
ri. JCrto autem quidvis potius tentandum est, quam, (s. Hahn.  
accedendum ad ejusmodi lectionis immutationem (s. ad Wes.  
At legibus convenit distinctio conventionis in expres- w. ap. de f.  
sam, tacitam & presumptam. Conventio vel sit re vel & f. verb.  
verbis s. Ea quæ re si e facto perficitur non est unius ge- in Digesto  
neris, sed est vel tacita, vel re in specie huc presumppta. rum.  
Omnes conseruentur esse differentiam inter contractum & (t. L. 1. §. 9.  
quasi contractum eam, quod consentus mutuus sit vel w. de pact.  
expressus vel tacitus sive presumpsus (s. Expressum re- (u. D.  
ferunt ad contractum, hunc ad quasi contractum. Qui Sirnu. cl.  
igitur consensus concutitur ad contractum, ille est ex ten- (x. L. 4. w.  
tentiâ communi expressus. Tacitus consensus concur- pro soc.  
rit ad contractum v. c. societatem / x. mandatum (y. ad (y. L. 6. §. 2.  
locationem conductionem z. & quod in mutuo agitur, L. 18. w.  
scilicet tacite, pro expressè cauto habetur a Ergo taci- Mand.  
tus consensus est expressus, & sublata esset differentia (z. L. 13. §.  
inter contractum & quasi contractum. Quod non ad- ult. w. lo-  
mittendum. Cavendum omnino est ab iis, qui nullum cat.  
verum contractum agnoscunt sine expressâ conventione, (a. L. 3. π.  
nullam uoram conventionem, quæ non eadem & expressa de reb.  
sit, confundentes expressum cum vero, tacitum cum falso & cred.  
filius Vinnius (b. Ne turbet ambiguitas vocis, observan- (b. ad f. de  
dum quod tacitum dupliciter accipiatur I. Opponi obl. qua  
tur illi quod verbis ore prolati vel scriptis expressum, & quas. ex  
propriè dicitur tacitum. II. Vero, & propriè dicitur contr. pr.  
presumptum. Illud declarat voluntatem ab homine n. &  
pro.

procedentem, ex facto ejus vel non facto. Hoc declarat fa-  
*(e. Hahn ad* Etiam Legis inducens voluntare nō sive consensum (*c. Igi-*  
*Wesenb. de* tur conventio, quae re sit, vel oritur proximè & immedi-  
*part. N. IV.* ex facto, cooperante Legis, & est vera: vel immediatè  
*verb. in ex* Lege introducitur occasione facti & dicitur præsumpta.  
*presf. &* Nihil omnino facit ille, cuius negotium geritur, ignorat  
*sac.* enim (*d. Nullum negotium inter pupillum & tutoriem*  
*(a § 1.7 de* contrahitur (*e*) & nemo suo facto in quasi contractibus  
*oblig. qvæ* tener alterum: attamen obligatos tener alios, Lege in-  
*quasi. ex* ducente consensum. Neverò dubium concipias ex fa-  
*contr.* cti naturâ, quâ personon habet vim significandi consen-  
*(e. § 2. f.* sum, sed Legis dispositione: sciendum est, vel imme-  
*cod.* diatè Legem consensum inducere vel mediante facto ho-  
*(f. arg. L.* lainis. Ille consensus est præsumptus, hic verè tacitus.  
*1. § 3. & L.* Factum quidem occurrit in quasi contractibus, sed ex  
*2. w. de* parte obligati, non obligantis. Neq; alienum est à jure  
*part.* nostro nomen generis transire ad speciem. uti hic con-  
*(g. § 1.7 de* ventio supra divisa est in tacitam & præsumptam (*f* per  
*adopt. §.* LL cit. ubi generaliter dividitur conventio in eam, quæ  
*1. 4. de* re sit & quæ verbis *L. 2.* dicitur, quod vel re vel verbis vel  
*Leg. agn* tacite consensu covenire intelligatur. Idē contingit ado-  
*tut.* prioni (*g. cognationi*. Idem sentiunt qui contentum fa-  
*(h. Soc. jun.* ctis testatum mediū collocant inter voluntatē expressam  
*Gravetta* & tacitam (*b. Neq; Mantica* ab hac divisione est alienus  
*Salycot.* (*i. Facitum ait, potest intelligi variis modis*. Primo, quan-  
*Curt. jun.* do venit in necessariam, consequentiam expressi: & hoc quis-  
*ref. Clas-* dem habetur pro expresso, deinde tacitum intelligitur, quod  
*riss. Rache-* venit ex natura actus, id est etiam habetur pro expresso. Ter-  
*lloin Ex. de* tio tacitum intelligitur, quod inducitur ex præsumptionibus.  
*Jur. Gg.* Deinde etiam tacitum potest intelligi, quod facto demon-  
*th. 37.* stratur.  
*si. de tac. &*  
*amb. cor. v.*  
*L. 1. e. g.*  
*8. 30. 31.*

#### §. IV.

Modos expone ndi voluntatem Resp. non servattam  
cum simplices & communes: sapientia utilitas publica mo-  
vit.

ret ad proprios (k. Ita nudum pactum non erat modus [k. arg. L.6.  
manifestandi in Rep. Rom voluntatem se civiliiter & per  
fecte obligandi. (l. Et quem fallit solennissima species,  
verborum obligatio, ut neq; civiliter neq; naturaliter, in [l. L.7. §.5.  
sensu juris civilis, quæ effectus, jure civili, naturali obli- π. de pacto  
gationi relictos, obligaretur, qui interrogatus dabis?  
adnuit (m. Licet in negotiis juris Gg. nutus sufficiat (n. [m. L.1. §.2.  
& muto possit restituiri hereditas à fiduciario nolente π. de V.O.  
sponte adire, quia nutu potest significare, velle se pericu- (n. L.52. §.  
lo suo hereditatem adire (o. Ultima quoq; voluntas, cui 10. π. de  
favent Leges, redigitur ad certas solemnitates, propter te- O. & A.  
stamentorum sinceritatem, ut nulla fraus adhibeatur [o L.65. §.3.  
(p. neq; vera judicia subvertantur. Non enim videtur π. ad Sct.  
ex publica re esse, vagam dare privatis licentiam pro lu- Treb.  
bitu simpliciter agendi: ne incerta sint cujuslibet iura, [p. § 4. f.  
incertâ voluntate, & occasio datam fidem eludendi, ac li- de test. ord.  
tigandi: quæ mala LLtor exagitare solet (q. [q. pr. f. de  
usuc. cor-  
dis 1. de Ap-  
pell. in VI.  
[r. Magn.  
D. Ziegl.  
de Jur.  
Maj. Ex 4.  
[s. L. 17 π.  
de LL.

## §. V.

Hæc forma negotiorum ex LLbus cognoscitur. Ubi  
evitandi scopuli: ne superstitione & insidiosè in hæresem  
verbis neq; temere fingamus contra manifestā Superioris  
voluntatem. Utrumq; vitium violat Legem. Verba sunt  
instrumenta, quibus communicatur voluntas publica, si-  
ve Lex: quæ vel latiora vel striciora voluntate, quandoq;  
adæquantur. Non enim est in LLtoris potestate, aut o-  
mnes casus, qui diversissimi aliquando emergere possunt, (t. L.12. §.1.  
unū sanctione comprehendere, aut Legem scriptam ita π. Qui &  
proponere, ut non identidem aliquod subordiatur du- à quib.  
bium (r. Certam sententiam Legis meritò sanctè obser- man.lib.  
vamus, quia vis & potestis Legum in ea sita est (s. Sive (n. L.13. §.2.  
verba convenient (t. sive minus. Licet enim verba Le- π. de Ex-  
gis hunc habeant intellectum, ramen mens LLtoris aliud esf. tut.  
vult (u. Imo in Legem committit, qui verba Legis am- (x. L.5. pr.  
plexus contra Legis mititur voluntatem (x. Neq; expli- C. de LL.  
canda

eanda jura ut vel absurdā vel iusta videantur per textū  
[y. Hug. cit. qvia nemo creditur velle absurdā y. In omnibus  
Grot. de J. itaq; maximē tamen in jure æqvitatis spectanda est (z.  
B. & P. L. 2.

s. 16. §. 22.

[z. L. 9. w.

de R. J.

Eleganter hæc confirmat Cicero (a. Cum voluntas  
(a. in Orat. & consilium & sententia Interdicti intelligitur, impudens  
pro A. Cet. riam summam aut stultitiam singularēm putabimur, in ver-  
cīn. s. 18. borum errore versari: rem, & causam, & utilitatem com-  
(b. L. 9. s. 3. munus non relinquare solum, sed & prodere? An non  
w. ad exhib. modo in nostrâ lingvâ, qua dicitur esse snops: sed ne in aliâ  
[c. s. 2. vers. quidem illâ res ut omnes suis certis ac propriis vocabulis  
sed Proculi nominentur? Neq; verò quidquam opus sit verbis, cum ea  
J. de empt. res, cuius causa verba quæsta sint, intelligatur. Quæ Lex,  
(d. L. 7. s. quod SCrum quod Magistratus Edictum &c: non inscri-  
quinimo s. mari aut convelli potest, si ad verba rem deflectere velimus,  
verb. for- consilium autem eorum, qui scripserunt, & rationem & au-  
mat ipsam thoritatem relinquamus. &c. Verba reperta sunt, non  
actionem. quæ impedirent, sed quæ indicarent voluntatem.

w. de past.

(e. ad π. de

LL. n. 50. s. 1.

[f. l. 5 C. de

LL.

(g. in libr.

Broc. o. 9. de

form.

(h. s. 2. J. de

Legat.

Formam igitur negotiorum fingit LLtor cum effica-  
ciâ qvæ specificat negotia civilia, & mutata prope inter-  
emit substantiam rei (b. Distingvit â reliquis negotiis  
(c. Oat viii operandi (d. Zoëlius (e. Dividit in formam  
substantialem, cuius defectum, actus nullitas seqvitur  
(f. Et accidentalem, cuius defectus non efficit actum  
nullum, nisi Lex ipsa irritationem inducat Qvirin, Cu-  
bach. (g. negat formam accidentalem esse propriè di-  
ctam, qvia per formam accidentalem res non est id quod  
est. At formam spectant & solennitates actuum, qvæ ex-  
præsè non constitutæ haud præsumuntur, & restringen-  
dæ sunt existentes: non enim verbis sed voluntatibus fa-  
vendum (b. & Imperatori in Legibus magis simplicitas  
qvam

## S. VI.

## S. VII.

quād difficultas placet (i. Solennitas, ut forma distin- (i. §. 2. 3 de  
gitur à J. Ctis in eam, quād ad esse rei sive formam actus fideic. he-  
reqviritur, & quād ad existentiam sive melius esse sive si- red.

eri. Illa nequit abesse salvā substantiā negotii: (k. hæc (k. L. 2. C. de  
verò omissa omnem actum non vitiat, & potest tacitè ei- fid. & Jur.  
dem renunciari (l.

### S. VIII.

Jam pergendum erit ad modum exponendi volunta- testam.  
tem novandi & eundem cognoscendi, utrum ad for- (i. Mevina  
mam novationis jure Saxonico sufficiat vera in genere, pt. b. Decis.  
an præcisè expressa voluntas. Priùs à novatione sepa- 159. &  
randa est cession. Novatio est modus finiendi obligati- Dec. 81.  
onem ipso jure; (m. cession non finit. Inde directas acti- (m. L. 1. pr.  
ones cessionarius non manescitur; (n. sed procurator in w. de No-  
rem suam censemur constitutus: (o. jus enim hoc acqvisi- vat.  
tum non separatur à personâ; p. licet utilem habeat acti- (n. L. si pa-  
onem proprio nomine per LL. cit. Deinde novatio scr. 3. C.  
quædam fit manentibus iisdem personis, cessione tertium mand.  
exigit. Alia differentia vid. (q.

### S. IX.

Novatio in genere postulat i. præcedentem sive pri- att. vend.  
orem causam qualem cunq; (r. 2. novam (s. & 3. medium (q. L. 18. π.  
transfundendi, olim stipulationem. (t. Duo verò in dele- ds Nov. &  
gatione non confundendi actus: primus spectat delegan- apud  
tem & delegatum, alter delegatum & eum cui fit delega- Frantz k.  
tio (u. ubi separatur mandatum inter delegantem & eum Res. Lib. 1.  
cui delegatur, ab ipsa stipulatione afficiente novationem. qu. 14. Lenz  
Delegatio modò notat mandatum creditoris delegantis de Nom. &  
debitorem, modò stipulationem, quā novant priorem act. cessa.  
obligationem, interventu novæ personæ. Ille actus, cap. 4.

B per-

memb. 4. [r. L. 1. pr. §. 1. w. de Novat. (s. L. 1. w. cod. (t. L. 1. §. 1. L. 2.  
Opusim. w. cod. (u. §. 2. f. de mand. inf.



pertinet ad contractus consensuales & nutu etiam peragitur,  
[x. L. 17. w. vel scripturam. (x. Hic fit stipulatione / y. Quae stipulatio ho-  
do Novat. die neque ad novationem neque delegationem requiritur. / z.  
[y. L. 11. g. i. Nam in effectu parum refert, an stipulatione hodie ut sti-  
pulatione, vel ut pactum nudum valere velis, cum de jure  
[z. Hsbn. Canonico & moribus nostris Saxonis etiam ex nudo pa-  
ad Wes. de cto competit actio (a. Negat Bachovius ad Tr. b. valere  
Nov & de- consequentiā à vi producendi civilem obligationē acqui-  
leg. N. IX. sitā ad vim ipso jure novandi & consumendi civilem ob-  
[a. Carpz. ligationem: quia pactis vis civilem obligationem produ-  
[z. F. pt. 2. c. cendi data contra rationem juris, imo hoc contra jus re-  
19. def. 17. ceptum, ideo non extendendū. Hodie pactum nudum, ac-  
n. 7. cedente licet animo novandi, non tollere obligationem  
[b. Vol. 2. d. priorem ipso jure, sed per exceptionem. Videtur Ba-  
29. th. V. chovius confundere rem cum rei modo. Aliud est novatio  
Lit. A. aliud stipulatio, modus finiendi à modo constituendi  
obligationem alienus. Pacto contrahitur matrimo-  
nium, sed non est propriè pactum, transactio fit pacto &  
[c. L. 2. w. stipulatione, neque tamen pactum est neque stipulatio (c.  
de trans- Nunquam per se habuit vim extingvendi obligationem  
act. 1. 7. C. stipulatio, ad quam vim maximè animus novandi requi-  
sod. ritur. Stipulationem exigebat antiquum jus ad novati-  
onem, hodie vero sublata censeretur differentia inter sti-  
pulationem & pactum ratione efficacia. Nulla igitur  
fit extensio, & si fieret, non extenderetur pacti vis,  
sed reduceretur ad simplicitatem juris naturalis, à  
quā jus civile recessit. Pactum non extensum est, potius  
nunquam mutatum apud Germanos Hahn. ad Wesenb.  
[d. de V. (d. Pactum idem operatur apud Germanos, qui Legem Ro-  
O. N. XII. manam: ex nudo pacto &c. nunquam receperunt, sed sim-  
[e. ad f. de plici fide datā usq; innixi fuerunt. Vinnius, (e. ait, cum ho-  
V.O. S. i. dae stipulationis non major vis sit, quam cuiuslibet pacti,  
[f. 4. nulla amplius est stipulationis necessitas, nego minus pacto  
quam stipulatione & fidejusores constitui, & novatio fieri,  
& usura promitti poterunt.

S.X.



## §. X.

A Novatione in specie differt delegatio: hæc exigit novam personā illa nequam (f. & in Sax. Decis. 66. separantur verb. dies in delegationibus sō wohl als andern novationibus. Qvod Dd. admittunt (g. Suspecta tota hæc distinctione in delegationem & novationem in specie dictam videtur Bachovio (b. & contra Treutlerum afferentem, qvod prout vel mutetur persona vel res, sit modo in specie novatio, modo delegatio, pugnat: qvia quandoq; mutatur persona, & tamen novatio in specie dicta est, & non mutatur res, licet sit novatio in specie. Prius probat: si quis non Titii debitor promitteret Sempronio, creditori Titii, animo novandi id qvod Titio debet Sempronius. Forte hoc non concedendum Bachovio: licet enim non sit facta novatio mandatu debitoris expresso, præsumpta tamen subest voluntas: nemo sane præsumitur aversari commodum. Ex quo L. 8 §. ult. w. de nov. explicanda. Delegatio est vel expressa vel præsumpta. Posterius demonstrat idem: qvia ad novationem in specie sufficit eidem debito additum esse aliquid novi. c. si conditio, dies, fidejussor adjiciatur, vel detrahatur. Sed negatur rem eandem manere: aut enim adest animus novandi, aut non: hoc deficiente, non fit novatio, licet dies, conditio, fidejussor adjiciatur. Illo casu est novatio, licet nihil adiectum (s. & res sine negotium mutatur, pro indole novationis (k.

## §. XI.

Ad utramq; novationis speciem voluntas novandi requiritur [l. Qvæ utrum verbis exprimenda, an vera sufficiat, vel præsumpta admittenda, inquirere, erit operæ pretium. Jure ante Justinianum præsumpta voluntas est admissa verb. non Lege (m. ubiduo modi novandi proponuntur, unus ex voluntate agentium dependet,

B 2

alter de Nov.

(f. 9. 3 f.  
quis. mod.  
coll. obl. L.  
ii. pr. π. de  
Novat.

(g. Hahn.  
ad Wes. de  
novat. N.  
VIII. Et à  
jure D.  
Struv. S. f.  
C. Ex. 47.  
ib. 55.  
(b. ad Tr. v.  
2. d. 29. ib.  
V.E.

(i) D. Struv  
S. f. C. Ex.  
47. ib. 57.  
per L. f. C. de  
Nov. junct.  
L. 8. pr. π.  
cod

sk L. i. π. de  
novat.  
(l. L. 2. L. 8.  
§ 1. π. cod.  
L. 3. C. cod.  
(m. L. f. C.



alter ex lege. Inde si stipulatus quis navem ab alio fieri,  
& si non fecerit, centum: existens conditio pœnalis stipula-  
tionis priorem transfert in se & quasi novatio fit (n. U-  
**(n. L. 44. 8.)**  
**f. π. de O.**  
**¶ A.**  
**[o. L. 58. 8.]**  
**de V. O. §**  
**Dd. vulg.**

bi igitur id actum ut præcedens obligatio novaretur,  
novatio fieri intelligebatur per LL cit. Aut id actum esse  
colligebant ex conjecturis & præsumptionibus, aut his-  
ce cœstantibus, ex quibus animus novandi colligi posset,  
reqvirebant expressam conventionem (e.)

## §. XII.

**Cp. L. f. C.**  
**de Nov.**

**(q. L. nulla**  
**23. C. de**  
**procur. L.**  
**25. C. de**  
**Nupt.**

**(r. L. 7. 5.**  
**7. 8. de A.**  
**R. D.**

**(s. per L. 2.**  
**§ 6. π. de O.**

**J. add. L. 1.**  
**8. de Offic.**

**Jurid L. 3.**  
**8. de Offic.**

**Proc.**

**[t. § 1. J. de**  
**obl. quæ**  
**quas. ex**  
**contr.**

Justinianus (p. dicitur mutasse jus antiquum, motus  
licentia colligendi animum novandi ex conjecturis in-  
certis, quæ reddebat jus incertum ac dubium, dubiis  
factis. Quam causam impellentem idem ibi præmittit,  
& citat nocentia volumina novationum ac veteris juris  
ambiguitates. Subjectum licentiae hujus erant veteris  
juriſconditores. Intelliguntur ICri: q. quia enim jus  
obscurum manifestant secundum leges æqvitatis: vi-  
dentur condere Verè Legem condere nequeunt, quod est  
Majestatis. Sicuti non novam speciem facit, qui excus-  
sit spicas, sed eam, quæ est, detegit (r. Additur objectum  
licentiae, & adimitur expressè vis novandi verti: Si quis  
&c. & requisitum novationis novum traditur, remissio  
prioris & expressa electio secundæ obligationis. Mo-  
dus exprimendi novandi animum ex mentè Gothofr. ad  
L fin. cit. non requiritur solennis, sed simplex: lege enim  
novare est solenni & certâ formulâ exprimere novati-  
onem (s. Nisi forte aliud sit lege novare & lege agere.  
Lege agere & legis actio spectant solennes formulas per  
cit. text. Lege novare contradistinguitur tamen voluntate  
novare. Ex eo conjectura surgit, lege novare, esse præ-  
sumptivè novare secundum præsumptiones à Juris Con-  
ditoribus introductas: nam præsumptio illa non de-  
scendit ex voluntate agentis verâ sed fictâ: quippe igno-  
zantes obligantur (t. & qui nullum habent intellectum  
(n. Nagi)

(u. Nam iusprobavit in L.f.pr. Imperatot vers. si quis vel (u. L.46. W.  
aliam à Juris Conditoribus introductas ambiguities & de O & A.  
præsumptiones. Accedit quod à JCtis inventum ca- juncit. §. 8.  
piat legis nomen: unde legis actiones à JCtis inventæ §. 9. f. de  
formulæ dictæ, (x. & s. b prætextu legum, & quasi snut. stip.  
ex legum sententiâ & analogiâ juris desum- (x. L.2 §.  
ptæ videntur. (y. Hæc explicatio præferenda est, qvia 6. W. de O.  
conveniens & aptus sensus redit, fine mutatione & cor- f. Frantz.  
rectione tex-ūs. Distingvit Imperator inter novationem, ad w. de O.  
qvæ inducta olim ex cubiis & levibus præumptionibus, f. n. 19.  
& hanc ambiguum, incertam abrogavit, ac voluit, ut ex- [y. L. 6. §. 1.  
pressè remittatur prior & posterior eligatur: & novati- w. de V. S.  
onem tacitam, qvæ voluntate certa manifestatur & certo f. ib. Wiss.  
facto, ac non exigitur ut verbis exprimatur, qvia natu- seub.  
raliter inest rebus sive factis, neq; voluntas hæc novandi  
verbis debet extrinsecus supervenire, per verba eis, i.  
qvamvis, non verbis exprimatur. statuimus ut sine novati-  
one i fine verbis expressis declarato animo: ut in jure no-  
stro: sine curatōribus suis (z. i. sine præsentia curatōrum  
f. a. ita hic sine novatione, i. sine formulâ novandi. Ra- [z. L. 102.  
tio redditur, quod sine novatione expressa possit fieri no- w. de V.O.  
vatio vers. hoc enim &c. Contradistingvit id, quod  
verbis extrinsecus supervenit, ei quod naturaliter inest  
rebus seu negotiis. Id verò naturaliter inest, quod or- f. a. Vian.  
dinariè inest sine conventione partium. Quod egregie  
tradidit Ulpianus (b. Id igitur verbis extrinsecus super- ad f. de in-  
venit, quod expressis verbis negotio additur. (b. L. 11. §. 1.  
w. de act.  
amps.

### §. XIII.

Non igitur est, quod cum Gothofredo statuamus &  
verisimile esse, locum hujus Constitut. finalis corru-  
ptum esse, & ita restituendum: Et generaliter definitus  
lege solito esse, non voluntate novandū: & si hoc verbis ex-  
primatur, ut cū novations (quod solito vocabulo natā nati-  
vōtūtos Graci dicunt) causa procedat, hoc enim naturaliter  
inesse rebus non volumq; sed verbis extrinsecus supervenire.



Quā violentiā tolluntur Leges, non explicantur: omnia  
vertuntur, mutantur pro lubitu, verba transfe-  
runtur.

§. XIV.

(c. 2. obf. 30.

(d. libr. 3.

s. 92.

(e. ad Tr. v.

2 d. 29. th.

s. Lit. F.

(f. ad f.

quib. mod.

toll. obl. §. 3.

n. 7.

(g. Mev.

Decis. 240.

pt. 2.

(h. ad f.

quib. mod.

toll. obl. §.

præterea

n. 13.

(i. de Ex-

ce. pt. pt. 3. s.

3. n. III.

seqq.

(k. f. F. pt. 2

6. 19. def. 14.

16. § L. 5.

Resp. 105.

(l. de No-

vat. N. VI.

Hodec autē eturis.

(m. in S. f. Schneid. c. l. n. 13.

C. Ex. 47.

ib. 56, seqv.

Ita I. sentiunt Dd. Clariss. Gaius (e. verisimiles  
& adeo urgentes conjecturas exigit, ut ex iis perspicuum  
esse possit, à primâ obligatione partes recedere, & illam  
in secundam transfundere voluisse. Cujus sententiae  
subscribit Faehinæus d. & communiorem ac verioriem  
esse judicat per cit. ib. Auct. Conf. D. Lenz. de Nom.  
& act. Cess. c. 4. membr. 3. Bachovius (e. ad 'mini-  
mum statuit admittendam esse liberationem, si non ipso  
jure, tamen ope exceptionis, quæ citra manifestam inju-  
stitiam & iniqvitatem nequit negari, circumstantiis ur-  
gentibus existentibus. Applaudit Vinnius (f. & rationi  
consentaneam multis in locis receptam sententiam hanc  
statuit. II. Alii restringunt hanc L. f. cit. ad novationem  
in specie sic dictam, & negant ibi formam delegationi  
præscriptam (g.

§. XV.

III. Contra hæc surgunt, agmine facto, magni  
nominis Dd. Schneidevv. (h. cui de jure verius videtur,  
exigere ad novationem novationis expressam menti-  
onem, negat exceptionem aliter agentibus. Add. Zan-  
gerus (i. Carpzovius (k. Hahn. ad Wesenbec. [l. D.  
Struv. (m. V. Sunt distingventes inter liberationem,  
quæ sit ipso jure, & ad effectum hunc adhibendam esse  
formam L. fin. cit. & quæ contingit ope exceptionis, &  
hanc competere, omissâ eâ formâ, ex urgentibus conje-  
cturis. Hanc sententiam esse communem Dd. testatur  
(m in S. f. Schneid. c. l. n. 13.

§. XVI,



## §. XVI.

Argumenta, quibus in §. 15. n. III. utuntur, sunt hæc. Imum sumitur ex intentione Justiniani, quæ erat, tollere ambiguum præsumptiones, admissis vero conjecturis & circumstantiis, ac conjecturali & præsumpto animo novandi, non esse remotas ambiguitates. II. Ex prudentia Lectoria: Legem non frustra condi, quod accideret L. finali cit. admissis conjecturis. III. Ex verbis L. fin. cit. quæ sunt (1. generalia: & generaliter difinimus.  
(2. clara: non Lege novandum sed voluntate id est, interprete Hahnio & Bachovio c. l. non conjecturis ex Legis aliqua petitis sed expressâ partium conventione It. Neque ipsi specialiter remiserent qusdem priorem obligationem, & hoc expresserint &c. It. Essi non verbis exprimatur &c. It. Hoc enim in naturalibus id est potius esse ad verba naturaliter, &c., uti in ipsis rebus manifestò obtinent, proposita, quam ut extrinsecus per conjecturas, ubi plana & perspicua non sunt, novatio inducatur, juxta Accursii doctrinam (n).

## §. XVII.

(n) Franzk.  
Ex. XI. qu.  
X. n. 6.

Non destituuntur rationibus, quorum sententia relata §. 14. n. 1. 1. Ex intentione Justiniani. Hic nitetur occasionem litigandi & licentiam J. Ctorum tollere, qui admodum indulgebant conjecturis, tradente Imperatore (o). Hæc intentione non admittit factis, quibus animus novandi sine dubio manifestatur, vim novandi, sed illis quæ ambigue & leviter inclinant ad novationem. (o. L. f. pr. C. de Nov. (p. Hug. Grot. de J. B. & P. L. 2. c. 16. §. 22. & per L. 7. π. de bon. libert. L. 40. pr. π.)

PIK. de ber. pet'



præsumptam & tacitam voluntatem. 3. Ex verbis Constituit: in L.f.C. de nov. distingvit Imperator ibi (1. inter novare voluntate & lege. Ergo possumus voluntate novare sine expressis verbis per præced. (2. Qvia si non verbis exprimatur, sine novatione debet causa procedere. (3. Vult naturalibus inesse rebus, & non verbis extrinsecus supervenire.

### §. XVIII.

Utrum verò de delegatione etiam ibi agatur, an tantum de novatione in specie, inquirendum. Hoc affirmantes afferunt 1. hanc constitutionem esse correctoriam, & rationi juris haud convenientem, ac restrin-gendam. 2. Justinianum propterea hoc constituisse, quod non raro ex conjecturis minus sufficientibus, cum injuriā creditoris novatio introducta, & correctoria-  
*(q. Baehov. ad Tr. v. 2. d. 29, th. 6.)* riām hanc pertinere ad casum, quo voluntas contrahen-tium obscurior, in delegatione vix dubitari posse de men-te contrahentium, quin novare obligationem priorem voluerint q. 3. Liberationi esse favendum (r. Illi, qui liberationem concedunt ope exceptionis, afferunt esse dispositum in L.f. cit. de modo liberandi ipso jure, qualis novatio: non esse denegandam conjecturis urgentibus virtutem liberandi per exceptionem. Diversos enim esse modos liberandi per exceptionem & ipso jure hi traduntur tit J. quib. mod. toll. obl. & alibi; illi sunt pa-cum nudum, sententia, jusjurandum, tempus &c. (s. Correctoriam legem non esse extendendam sed restrin-gendam. Addunt L. 9. π. de prætor. stipul.  
*(r. L. 47. π. de O. & A. Mev. Part. 2. Decis. 240. n. 2.)*  
*(s. §. 3. 4. f. de Exc. §. 3. f. de V. O. Vinn. ad f. quib. mod. toll. oblig. in pr.)*

### §. XIX.

Sed non sunt tantū argumenta, quae recensentur §. 16. ut moverent. Qvicquid non ambiguum est, illud neq; removetur à vi novandi. Tacitus propriè sic dictus modus

modus non est ambiguus. Ergo neq; removetur à vi  
novandi. Major est Assertorum sententia in §. 16. Mi- (t. L.3. w.  
nor clara ex LL. (r. Tacitus consensus non est ambiguus de Reb.  
per not. in §.3. nam est verus. Non confudendum est Cred. L. tris-  
tacitum cum præsumpto, neq; expressum est tantum, item 94.  
quod verbis exprimitur: verba non attenduntur, ubi de π. de F.O.  
re ipsā constat. (u. Primus Secundo 100. debet, & pres. (u. per §. 29  
sus in foro actione offert creditori jus exigendi 100. à f. de Legat.  
Tertio, acceptanti, transactio decreto Judicis confirmata (x. L. 4. L. 15  
tur, fine mentione novationis. Qvis dubitaret de L. 35. C. de  
animo novandi? Transactio, quæ jure communis fit etiam transacta.  
per stipulationem (x. hodie simplicius nudo pacto, habet (y. Ex XI.  
vī tollendi actionem. Respondet Frantzkius, [y. o. Qu. X. n. 5.  
mnes modos, quibus olim introducta novatio, in u- (z. Lib. 19.  
versum esse enervatos, & siis vī novandi excussā. Mo. obs. 36.  
dum dictum sine dubio olim novasse L. f. C. de nov. verb: (a. ad f.  
vel aliquid fecerit &c. maximè verb: mutaverit. Sed quib. mod.  
Frantzkius confundere videtur universalem propositio. toll. oblig.  
nem absolutā cū restricta. Omnes dubios modos novan- g. 3. n. 3.  
di abrogavit Justinianus, qui auctoritate J. Ctorū introdu- (b. per §. 30.  
cti sunt ambiguis præsumptionibus, per verba vet. jur am- f. quib.  
biguitates &c. non vero omnes modos etiā tacite novan- mod. toll.  
di, in proprio sensu, quineq; sunt ambiguī, neq; nitun ob. verb.  
tur arbitrio J. Ctorum. Verbum mutaverit in L. f. cit. Sed si eadē  
notat Cujacio delegationem: (z. invito Vinnio (a. expli. Et c. fidejissor  
cante de fidejissore: adhibere fidejissorem est adj. adjiciatur  
cere obligationi principali, mutare est detrahere aut detra-  
adjectum (b. Secundum argumentum facile potest in- hatur.  
fringi. Effectum debere habere L. f. cit. largior: sed nego [c. ad Tr.)  
consequentiā: ergo tacitus modus novandi est aboli v. 2. D. 29.  
tus: potest enim constitutio illa esse efficax in præsum- (b) V. F. ha-  
pto novandi modo. Conjecturæ habent suos gradus. die in f.  
Earum quædam ejus qualitatis sunt, ut citra manifestam  
injustitiam & iniqvitatem debitori negari non possit li-  
beratio &c. Bachovius (e. Neq; officit generalitas ver-  
borum: nam generalis regula ibi qvidem traditur, sed  
non de exprimenda voluntate novandi verbis: potius  
volun-

C

volun-



voluntate novandum esse non lege. Contortum sensu  
sum, invito Justiniano, & reluctantibus verbis in L. f. cit,  
inveniunt: de qua re supra §. 12. Exprimenda est volun-  
tas novandi, in quibus negotiis olim ambiguas conjectu-  
ras amplexi sunt Iustini Romani. Tenor enim hujus con-  
stitutionis non simplex habet objectum. Primitus consti-  
tuit præsumpta novatio, posterius tacita vers. Etsi non  
verbis &c. tò esti conjunctum & ampliativè id est tive ver-  
bis exprimatur sive omnis, non separatim & conditio-  
niter accipienda. Nihil enim coherent: voluntate no-  
vandum non lege est: & tam en verbis exprimendū, natu-  
raliter inest rebus. neq; verbis extrinsecus supervenire  
debet, & tamen verbis exprimentur est. Quid turbat  
Gothof: ad L. f. cit. & movit ad correctionem texiūs.  
Neq; Frantzkius c. l. n. 6. seqq; habet quod reggerat, nisi  
accusas Accursi: inde in talu quo exactissime de voluntate  
contrahentiam constat, verba non reqviri ad novationis  
effectum opinatur.

§. X. X.

Benigniores videntur esse, qui liberationem, sine  
verbis, per exceptionem non improbant. Sed Vinnius  
c. l. n. 7. observat verba Constitutionis refragari. Et  
Frantzkius c. l. refert hanc liberationem per ex-  
cept. ad interpretationem, quam interpretationem  
Bachovius c. l. excusat. Constitutio, ait, qvia a-  
lijs absurdia futura, duriorem etiam paulo interpre-  
(d. f. F. pt. tationem non respire debet. Carpzovius [d. negat  
2. c. 19. def. liberationem ope exceptionis per verba Constit. nihil pe-  
nitui innovari, qvæ universaliter negant Mihi hæc beni-  
gnitas non videtur convenire LLbus, sed figmentum  
Gloss. ad L. fin C. de nov. Nihil interest, ipso jure, per no-  
vationem præsumptam, actione non habere, & per exce-  
(e. L. 112. w. ptionem infirmari (e. Non convenit sane intentioni LLto-  
de R. f. ris, qvâ voluit resarcire ambiguitates veteris juris. Jure  
excis-  
-ator



excipiendi de novatione stante, quis negaret vigere am-  
biguitates & licentiam litigandi & dubiè interpretandi.  
Neq; facit argumentum pro hâc sententia ex L. 10. cit. U-  
bi à voluntate prorsus discedendi à primâ stipulatione  
colligitur quod non tollatur quidem jus agendi ex pri-  
mâ stipulatione, tamen quod detur contra illud jus exci-  
piendi. Hoc enim non generale est argumentum à præ-  
sumpta voluntate discedendi ab obligatione ad liberati-  
onem per exceptionem: nam potest hæc collectio volun-  
tate Superioris impediri, qui voluit hâc ne ullum haberet  
effectum præsumpta novatio antiqua. Nequit vero ne-  
gari esse diversitatem inter modos finiendi: sed mente  
Justiniani & verbis spectatis nequit admitti particularis  
prohibitio f. ne eluderetur tota constitutio. Non ex-  
tenditur L. fin. cit., negatâ exceptione, sed quod in Con- (f. Carpz.  
stitutione est dispositum, exponitur, & extensionem ne- J. F. pt. 2. 6.  
cessitatis ex identitate rationis, quæ causa finalis est & 19. def. 15.  
adæquata, in LLbus correctoriis admittendam esse probat n. 1.  
Frantzkius (g. quæ h. l. est ut ambiguitates tollantur. (g. ad π. de  
LL. n. 53.)

## §. XXI.

De delegatione L. fin. cit. esse intelligendam, non  
movent verba, adhibuerit vel mutaverit personam, in §. 19: magis generalia verba novationum nocentia It. vel ali-  
quid & finis, ut removeantur ambiguitates & dubia præsumptiones, quas capere possunt & delegationes. In-  
gens postulatum enim est Bachovii zliorumq; in th. 18., interventum personæ certò demonstrare animum no-  
vandi. Posse & sine animo novandi fieri, omnibus illis locis confirmatur, quibus an animo novandi factum, No-  
spectandum esse dicitur (b. Potest enim fieri ut duo Rei consti-  
tuantur (i. L. 47. π. de A. & O. loquitur non de in- terpretatione juris sed facti, & restringitur ad justam occa-  
sionem.



§. XXII.

Puto igitur convenire cum mente Justiniani, L.F.  
C.de novat. I. disponere de novatione in specie & dele-  
gatione (Ita ante Decisionem Saxonie. Carpzovius  
(k. f. F. statuit (k.) II. formam praescribere causis dubiis, ab-  
part. 2.c. 19. rogata praesumpta novatione, non vero III. tacitam vo-  
def. 16. n 5. luisse abrogare (I. neq; IV. reliquise liberationem  
segg. per exceptionem ex praesumpta novatione (m. A  
(l. Farbi. quia genuina interpretatione an diversum statuat jus  
natus L. 3. Saxoniam, videmus. Regulam interpretandi jus  
c. 92. Saxonium eam probant Dd. Jur. Saxon. ex jure civili: (n.  
(m. Conf. quicquid ex jure civili non expressè sublatum aut mu-  
Carpz. c. l. tatum jure Saxonico, observandum est in foro Saxonico.  
def. 15. & L. (o Eandem probavit Sereniss. Saxon. p. Inde non facile  
s. R sp 105. differentia inter jus commune & Saxonum admittentur.  
n. 10. Zang. da, nisi expresa ad sit dispositio.  
de Exc. p.  
3.c. 5. n 113. apud illos citatur §. XXIII.

(n L 32 §. f.

C.de appell. Occasio decidendi in Decis. 66. erat quaestio  
(o. Carpz. valde dubia: utrum L.F.C.de Nov: explicanda de nova-  
f. F. part. 2. tione in specie tantum an de delegatione. Quæ contro-  
s. 6. def. 4. versia adeo ventilata ab Interpretibus, ut probabilitate  
n 6 & de rationum ulro citroq; existente à quibusdam desiderata  
Jur. fæm. Cæsarea Decisio (q. Definita res est Decis. Elect. Sax. 66  
sing. dec. 9. In quâ I. diversas sententias J. Ctorum refert Sereniss.  
pos. V. n. 24. LLtor more Justiniani (r. Quidam statuebant assignati-  
Ep. part. 2.c. onem certi debitoris vim novandi habere. Sine dubio  
10. c. 47. sunt qui Legi fin. C. de nov. subducunt delegationem, &  
in Dec. E. agunt praesumptionibus, de quib. supra. Huc spectant  
lect. Sax. verb. dec. so wohl als andern Novation. Interpres hu-  
62. und jus Decis. Do. J. Philipp. (s. vertit Anweisung delega-  
gleichwohl. tionem. Dd. delegationem faciunt vel debitoris vel  
Lq. Carpz. actionis  
L. s. Resp. 105. n 18. (r. §. 25. f. de R. D. §. 2. f. de empt. §. 2. f. de Societ. (s. In  
Obs. Jur. Pract. ex Decis. Elect. Sax.



actionis. It. Delegatio actionis convenit synonymicè cum (t. Hahn. ad cessione, (n. neq; est species, novationis: nam cedere actionem significat mandare actionem, / x. sive sine titulo sive Nov. in f. extitulo, & facit vel procuratorem simplicem vel in rem suam. Cessio enim per se non est specialis titulus, sed contr. iud. modus transferendi rem ab uno in alium. (y. sine novatione. In quo sensu verum est: Anweisung ist keine Zahlung (x. L. 8. §. f. Iung Cont. §. 8. Delegatio debitoris species est novationis, w. mand. & ita verum est: Anweisung ist Zahlung [z. Delegatio (y. Frantzke & actions & debitoris in nostrâ Dcisi. 66. intelligi potest, verbis: an eine gewisse Person, & ve fiat invito debitore Evidt. n. 50. sive consentiente [a. In verb: etne Novation novatio su (z. Hahn. mirur generice, & respicitur ad delegationem, cui tanquam c. l. speciei inest novatio per not. supr. §. 10: nam in re iustitia nova persona, in quam transire debet, secundum doctrinam J. C. Strinam JCtorum. quæ in nostrâ decisione improbat. Alii negabant inesse vim novandi der Anweisung an eine gewisse Person. Sunt qui delegationea subjiciunt L. f. cit. in quâ specialis remissio prioris obligationis & expressa voluntas, quod secundam magis pro anterioribus elegent, requiritur: non secus ac in Dcisi. nostrâ. II. Causa movens ad approbationem sententiae posterioris est præstantia argumentorum ex jure: mit bessern Rechtsgründen de quibus supra actum. III. Requisita 1. Mentio novationis der Novation gedacht werden solle. (2. Remissio principalis obligationis prioris expressis verbis sondern auch das vorige Obligation &c. 3. Remissio accessoriij juris, hypothec: Bürgeschäfft IV. Negotium, cui præscribantur hæc requisita, bey der Anweisung V. Ratio quod requirantur hæc ad hoc negotium, ut vera fiat novatio: quia non tantum in novationibus in specie sic dictis, sed etiam delegatioibus hæc requiruntur, ad quas propositus casus pertinet. VI. Approbatio: quâ LL. n. 80. datur vis generalis Legis VII. Clausula additur, quâ impeditur vis introducendi contrarium. Utrum propter hanc Qve sit clausulam nequit introduci contrarium? Affirmat long. consv. Zoësig (b. h. Lubrit ratio Perez. ad C. sc. Forte ex c. ratione, n. 3.

qua nemo potest eam legē sibi dicere, ut à priori volu-  
**(d. L. 22. pr.)** qvia nemo potest eam legē sibi dicere, ut à priori volu-  
tate ei recedere non licet, (d. & qvod posterior lex abro-  
gat priorem. Nam potest causa movens ad prohibitionem  
contrariæ consuetudinis v. c. tolli, justâ superveniente  
**(e. Vallens.)** ratione (e. Ea sane, qvæ ipsa sibi qvæq; civitas constituit,  
sæpe mutari solent, vel tacito consensu populi &c. f. Ex  
jur. Can. de qvibus explicanda ea sunt, qvæ Gail. tradit (g. de clau-  
**Consuet.**) sula derogatoria, de irrationali consuetudine. Puto  
igitur qvod & hic temeritas & imprudentia Judicium, a-  
**(f. i. i. f.)** liorumq; coercetur, qui vel gratiâ, vel ignorantia ru-  
**(de f. N. G.)** unt contra jura. Qvæ res semel iterumq; repetita tran-  
**(g. C.)** sit in observantiam judicialem, qvæ jura publica plane  
**(Q. i. abs. 18.)** facit incerta, contra Superioris voluntatem. Bene Phil.  
**(h. in Dis-** Burchard. (b. Adeo, ait, illi rem acutissime nobis viden-  
tibus. de ho- tur, qui palam preferre ausi sunt, plerasq; in judicium de-  
ciderunt. Ju- ductas lites hodie arbitrariae esse, quas Index pro arbitrio  
rispr. Nev. suo Eg. decidere possit, idem addit pag. 36. In omnibus  
**E. Rened.** verò locis &c. Atheismum magnie viribus succrescere,  
p. 32. talesq; dari sèpè hodie Judices, qui nec jura, nec juramen-  
ta, nec ipsum Deum curant, sed solummodo pœnas ve-  
rentur, quæ sibi ex contemptu specialis & certissimæ, non  
controversæ legis impendent. Confirmatur hæc sententia  
verb: derseiben in unsern hohen und andern Gerichten  
nachzulebē/nnd ein wiedriges nicht einführen zu lassen.  
Ubi Judicibus datur negotium, ne admittant contrarium,  
**IX. Exceptio, de qua paulo post.**

#### §. XXIV.

Qvæstio surgit hīc, utrum hāc Decisione Sax. ad  
omnes novationes & delegationes reqviratur (1. Ex-  
pressa mentio novationis / 2. Cassatio veteris obligati-  
onis & principalis & accessoriæ? Qvod videtur negan-  
dum I. qvia L. f. C. de nov. neq; alibi neq; Decis. 66. ab-  
rogatur: itaq; in Saxoniâ observanda est per dicta in  
§. 32.

§. 22. Jam L. fin. mutavit jus antiquum circa præsumptam novationem per supr. all. salvo jure circa tacitam propriètic dictam. Igitur idem, obtinet jure Saxoniæ. II. Ex mente Serenissimi LLtoris: quæ erat principalis, tollere litem circa præsumptæ novationis speciem: nam delegatio nuda, Anweisung non habet vim novandi, sed quicquid eid. inest, præsumptionibus accepit, ut supra §. 21. probatum est. Hujusmodi præsumptiones non admittendæ propter nostram Decisionem, in quâ declaratur: fuisse, hanc delegatione speciem præsumptæ novationis, juxta doctrinam quorundam Dd., non verò admittendam esse eam, L.f. enim esse accipiendam tam de novationibus in specie quam delegationibus. Est igitur Decisio hæc declaratoria L. f. C. de novat.

## §. XXV.

Quam interpretationem dubiam efficiunt, qui admittunt principium: tacitum idem operatur, quod expressum, cum limitatione: nisi verba expressa pro formâ actus requirantur, ut sit in L. ult. C. de novat, verb. & hoc expresserant. Deinde, novatio fit per stipulationem, quæ verba requirit. Primum argumentum hypothesi laborat: Legem fin C. de novat: formam præscribere omni novationi: quod supra negatum est, particularitate probata § 12. § 19. A particulari forma ad universalem N.V. C. Alterum non stirgit: alias jure antiquo ante L. f. C. de nov. nunquam dubitatum fuisse de animo novandi. Nam jure antiquo stipulatio semper requisita est ad novationem per all. §. 9. Aliud est verbis exprimere animum novandi, aliud est stipulatione expōnere negotiū, ex quo novandi animus præsumitur. Stipulatio jure antiquo reqvirebatur ad novationem, non ad animum novandi exprimendum immediate. Diversa sanè sunt

sunt verba exigere ad negotium, ex quo præsumitur animus novandi, & reqviriere verba, tanquam modum exponendi animum novandi. Et hoc concessio, qvia hodie pacta sufficient ad novationem, sequeretur, novationem non reqviriere verba: qvia pacta etiam dantur sine verbis. Neq; obstant verba Decis. altermassen dieses in delegationibus so wohl als andern Novationibus &c. Non enim hæc verba sunt universalia, sed indefinita, qvibus abrogatur sententia Dd. in prim. lin. Decis. qvâ ad L. f. C. de nov. non admittabant delegationem, restringentes ad novationem. Hæc sententia mihi arrideret, & forte ex Cathedra defendi posset, nisi I verba Nov. LXVI. Als wollen wir &c. und ernstlich befohlen haben & in fin. §. Decis. Saxon. in Beschlus verb. und bey &c. it. in Resol. Grav. tit. von JS. §. 48. §. 49. verb. nicht mit deutlichen Worten aliud svaderent: I. ita magis evitarentur lites. II. In Foro Saxonico ad omnem novationem reqvirent mentionem novationis, & ut expressis verbis tollerent ac remitterent priorem obligatiōnem, hypothecam, fidejussionem &c. In Camerā Imperiali novandi animus ex adeo, urgentibus conjecturis, ut perpicuum esse possit à prima obligatione partes recedere & illam in secundam transfundere voluisse, colligitur, teste Gailio 2. obs. 30. n. 4. sine mentione novationis. In Tribunal i quoq; Regio Wismar. non ad delegationem præcisè reqviritur nominatio novationis, admittuntur & conjecturæ concludentes D. Mev. pt. 2. Decis 240. multisq; aliis in locis Vingius ad J. qvib. mod. toll. obl. §. 3. n. 7.

## S. XXVI.

Explicata regula, secundum normam interpre-  
tandi receptam, & principia juris, ad exercendum in-  
genium,

genium, salvâ auctoritate eorum, qvi Coryphai Legum prudentum audiunt, qvorum consortium difficeretur evitatur, qvod in foro veluti iuris perent, & Leges prescribant: ut in alia materiâ graviter monet Magnif.D. Ziegler. (i. Pergendum ad explicacionem exceptionis. Causa movens ad exceptionem est sine dubio, ut expedita sint commercia, arg. Mandati Sereniss. Elect. Saxon. de Anno 1614 n 5, datus den. Commerciis ihr starker Kauf gelassen Quæ commercia faciunt ad salutem publicam, & utilia sunt, & maximè quæ juvant Remp necessariis (l. Inde non semel iure singulari utuntur mercatores. Qvo spectat, inter mercatores ex bono & qvæ regi neglectis apicibus juris m. & solâ facti veritate inspectâ n. Eo respicit LLtor Saxon: verb: billig. Subjectum sunt mercatores inter se agentes unter den Kauf und Handels Leuten. Qvam restrictionem in aliâ exceptione Mandatum Elector. cit. habet verb: atlein Kauf-Leute ausgenommen. Inde agentibus cum aliis non mercatoribus non videatur Anweisung eine Zahlung seyn. Restrингitur autem hze exceptio ad certum negotium in diesen Passus sive in der Anweisung. Ut verò inter mercatores habeat vim novationis, fiat consensu delegati & creditoris, cui delegatur (o. Ubi notat idem Lipsiae secundum decretum ab Electore Sax. confirmatum reqiri ad acceptiōem scripturam. Neq; in Saxoniam tantum per Decisiōē: hoc datum est mercatoribus, ut assignatio sive delegatio habeat vim novationis & solutionis: sed & alibi, quando constat sive ex facto contrahentium, sive de jure, consuetudine & observantia mercatorum quotidiana, inter mercatores hoc actum esse, ut altera obligationum perimeretur (p. Pro acceptationis specie habetur inscriptio mercatoris, alterum pro debitore suo agnoscit & cum in finem

D

libro

(i. ad Can:

Redinteg-

granda 3.

q.v. 1. cap.

3 § 6.

(k. arg. L.

nn. C. Neg.

ne mil:

[l. per l. 5. g.

3. π. de jur.

immissum

(m. Conf.

L. 29. Sl.

quædam

w. mand.

(n. Carpz.

in Proc. T.

21. Art. 2.

n. 20.

(o. D. Pbi-

lipp. ad

Decis. 66.

obs. 2. n. 29.

(p. Marqu.

de jur.

merc. L. 2.

6.15. null. 12.

QK 7e 844

(q. Id. c. l. libro suo inscribit' q. Qvz delegatio præsumpta inter  
n. 21. mercatores vim novationis habet, nisi delegatus debi-  
(r. Id. c. l. tor proximè decocturus (r. Confirmantur consuetu-  
n. 23. dines mercatorum in hōc negotio expressē & subdu-  
cuntur regulæ. Collegia quidem approbata consue-  
tudinem posse introducere, notissimum est. Et sta-  
tuta Collegiorum & Corporum per se valent mo-  
(s. L. ult. π. re pacti s. vel præsumpti, vel expressi, vel taciti,  
de colleg & prout vel expressus, vel præsumptus, vel tacitus  
corp. concurrit consensus: modo ne derogent Legi;  
bus, néq; destituantur suā ratione. Re-  
quirunt hodie tamen communiter con-  
firmationem, ut vim habeant gene-  
raliorem per vulg. Conf.

D. Struv. (s.)

S. D. G.




WOM

M.A



(g. L. 13, w. vel  
 cod. pre  
 (h. L. 52. §. cep  
 2, w. ad L. fer  
 Aquil. no  
 (i. §. 8 f. de ag  
 adopt. L. 7. pre  
 §. 2, w. de ve  
 pact. fer  
 co

(k. arg. s.  
 29. f. de fre  
 Legat. cl  
 (l. conf. H. cl  
 Grot. de f. ve  
 B & P. I. 2. tri  
 8. 16, §. 1. qv  
 (m. L. 32. lis  
 §. 1. w. de ve  
 LL. vil  
 (n. §. ult. f. pri  
 de hered. ne  
 qual. Edif. &  
 for. L. 1 §. 8. mi  
 w. de pact. sua  
 (o. §. 7 f. de nè  
 de U. O. L. nu  
 2. §. 5. π. de de  
 V. O. et  
 f. p. D. no  
 Struv. S. f. in  
 C. Ex VI.  
 1b 34.  
 (q. L. 2. w.  
 de pact. cip



ut alio inter-  
 publica præ-  
 habet hæc Al-  
 egotium civile  
 as & animum  
 instituente sive  
 atem. Positum  
 sit: oritur, hōc  
 scriptum, ac-

actis. Verbis  
 conceptus, &  
 (k. Non qvōd  
 r, potius arbi-  
 terunt vim: ex  
 moralis & civi-  
 num generum  
 gnorum ius ci-  
 oluntate, sive  
 causâ nos te-  
 sunt: merito  
 it, tenebunt o-  
 us voluntatem  
 creditatem fa-  
 e gerendoaut  
 untatem suam  
 ditate (n. Fa-  
 brineat: qvod  
 nata distinctio  
 nis in modisque  
 et in sensu  
 Neq; robur ac-  
 divisione con-  
 tractuum